

**Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof.
Ad Exsequias Quas ... Elisabetae Achtermannin/ Maritus maestissimus Vir
Reverendus ... Dn. Henricus Clingius, SS. Theol. Licent. & P.P. des. hodie ...
paratas cupid, Omnes Academiae Cives ... invitat : [P.P. Rostochii sub sigillo
Rectoratus d. XXVIII. Febr. Anno Christi cl Ic L.]**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn745848044>

Druck Freier  Zugang



Stockmann, J.,
in E. Achtermann,
uxor. H. Cling.
R. 1650.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745848044/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745848044/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745848044/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745848044/phys_0003)

DFG

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMVS STOCKMAN,
Phil. & Med. D. ac Prof.

Ad Exsequias

Quas

Conjugi desideratissimæ

ELISABETÆ Achtermannin/
Maritus mæstissimus

Vir Reverendus & Excellentissimus

DN. HENRICUS CLINGIUS,
SS. Theol. Licent. & P.P. des.
hodie paratas cupit,

*Omnes Academia Cives studiosè ac dili-
genter invitat.*

1650

8



ROSTOCHII,
NICOLAI KILL, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. L.



Uæ non ita pridem, in solemnis
nuptiarum festivitate, plausibus ac cantu
tibiarum personabant ædes: hodie in sum-
mo squalore & luctu, neniiis ac plancti-
bus undiq; versum miserabiliter perstrepare videmus,
postquam nimirum viri Reverendatque Excellentissi-
mi DN. BERNHARDI CLINGII, S.S. Theol. Licen-
tiati & Professoris P. Des. Caja dilectissima in vivis esse
desit. Hinc intelligere est, quæm arcto nexu in morta-
li hoc corbe Dolor & Gaudium juncta sint; quamq; non
temerè Angeroniam & Volupiam prisci eodem in sa-
cello coluerint: ut quod de fortuna Plinius, nos de Pro-
videntia divina, cuius judicia mirari potius, quæm ri-
mari fas est, dicere possimus: Etenim quæ facit magna
gaudia nisi ex malis? aut quæ mala immensa, nisi ex in-
gentibus gaudiis? Bene quidem cum beatissima ELISA-
BETA aetum est, quæ per mortem omnium rerum po-
stremum beatissimo spirituum æthereorum, quos san-
ctimoniæ vitæ heic expresserat, consortio & societati
juncta est: sed acerbum hoc accedit Marito dicam ne-
an viduo mestissimo? qui unicum sibi sublatum sola-
tium, eruptum adjumentum, avulsam non partem ali-
quam corporis, sed cordis plusquam dimidium dolet.
Apud Romanos olim ad bellum usq; Punicum secun-
dum mos fuit, ut pretio conducerentur mulieres, quæ
venales

venales animæ in funere plorabant, capillos scindebant
& clamabant magis, quām qui ex animo dolebat. Et
in præsenti funere non opus est præficiis, quæ vicarias &
mercede expressas lacrymas effundant: non jalemi-
striis, quæ neniam argutam & nugacem in defunctorum
concinant: satis ex animo dolet ac cælum questibus im-
plet adflictissimus viduus: eoque magis in squalore &
luctu jacer, quò plures lugendi, & dolendi majores ha-
bet caussas. Quæ ut manifestæ fiant omnibus, nec ali-
qua occasio detur de excellentissimi CLINGII luctu
sinisterius judicandi; agite vitam feminæ hujus totam
explicemus, atq; eam in oculis conspectuq. omnium ita
exponamus, ut liquidò constet E LISABETAM ætatis
suæ fabulam recte peregisse, nec aut in limine impegisse,
aut in medio actu cespitasse, aut in extremo corruisse.
Edita in hac lucem fuit, anno post CHRISTUM na-
tum clo Ioc XXII mense JAN. patre GEORGIO Ach-
termann viro amplissimo, Patritio & Consule apud
Brunovenses gravissimo; matre LUCIA à Strom-
beck/ fæminâ patritii seminis & bona famæ. Quà ante
annos aliquot defuncta Pater ad secunda vota transiit,
& sibi connubio junxit stabili propriamque dicavit
virginem lectissimam DOROTHEAM Reichen Con-
sulis Ampl. HENRICI Reichen ibidē filiam. Avum paternum
habuit GEORGIUM Achtermann virum pruden-
tissimum; & Consulem itidem apud Brunovenses
quondam meritissimum: Aviam paternam Ilse Schra-
ders ex antiqua SCHRADERIORUM familia oriun-

A 2

dam.

dam. Avus maternus Ei fuit CONRADUS à Strom-
berg / & ipse olim Brunovicensis Reip. Cos. laudatissi-
mus: avia materna EMERENTIA Pauls ex vetustissi-
ma PAULIARUM familia prognata, quæ parentem
habuit CONRADUM Pauls J. U. D & Serenissimi
Electoris Saxonici Consiliarium. De quibus omnibus si
dicere ingrederer, virtute ac dignitate prælustribus vi-
ris: aut de paternis majoribus, tum de maternis para-
rem exponere, quæ par erat, à brevi hoc albo, ad com-
mentarios integros atq; volumina progredi oporteret.
Nata igitur Nostra feliciter cunabulis splendidissimis,
sed salutari fonte felicius renata. Est quidem excellens
quiddam atque magnificentum natalibus nobilissimis or-
tum esse: sed ita tamen, ut ejus fructus ultra splendo-
rem vitæ, quam inter homines ducimus, haud constet.
Nam in cœlesti illa divinaque non clypei majorum &
cassides, sed unicum Servatoris vexillum; nec sanguis
alius, quam quo redempti, estimatur. A quo qui saluta-
rem duxerit notam, neque perdidet, hic undecunq;
alias natus sit, illicò jus civitatis æternæ, quæ mater
omnium est, consequitur, & inter cælitæ cooptatur.
Procedente ætate parentes ejus nihil prius aut potius
habuere quam ut pietatis ac virtutum semina, quæ à
patre traxisse, maternoq; cum lacte imbibisse videba-
tur, studiosè deinceps excoletet, in omni vita sua
omnibus in actionibus circumferret, nec unquam de-
poneret. Non minore curâ ac studio cæteram quoq; so-
bolem ad omnem pietatem ac probitatem æmulan-
dam

dam non tam diuis quam factis, nec ta praceptisquam
exemplis informatam & eductam accepimus. Habuit
enim Nostra fratres germanos duos GEORGIUM &
CONRADUM, & sorores sex: ILSEN EMERENTI-
AM, ANNAM, DOROTHEAM, LUCIAM, MARI-
AM. E quorum numero quatuor, utpote ILSE, DORO-
THEA, LUCIA & CONRADUS partim in flore ætatis
partim in infantia fato cesserunt. GEORGIUS vero
postquam studio Juris & Prudentiae politicæ unicè in-
cubens, Belgium, Angliam, Galliam, & Germaniam supe-
riorē maximo cū fructu visisset, domū reversus naturæ
& voluntati divinæ atq; Parentum obtemperans cum
LUCIA à Bechelts ex nobili VECHELTIORUM
familia orta conjugium iniit. EMERENTIA soror
Dn. GVNTHERO Hantelmann Patritio Brunsvicensi
& totius rei molaris ibidem Praefecto summo nupsit.
Altera ANNA elocata est Dn. JOANNI Schwanen-
berg Patritio & Senatorii ordinis viro: MARIAM soro-
rem tertiam in matrimonium duxit Dn. HERMAN-
NUS CONERDING Medic. D. usus callentissimus, vir
patritii generis &

qui mores hominum multorum vidi Turbes.

Sed ad nostram pie Defunctam tandem rever-
tamur. Cum igitur in parentum vitam inspicere-
tamque in speculū: ex illis sumebat exemplum sibi, &
virtutibus mox à teneris, maximè pietati, quæ virtutum
mater, ex precepto Christi, sedulam operam dabat, qui-
bus & Dei favorem, & hominum amorem sibi demere-
batur,

batur, sic ut juvencula, etiam cùm vix' dum esset viri-
potens, à multis peteretur. Præ cæteris autem pietatis
& pulcritudinis suæ amatorem invenit virum reveren-
dum atque excellentissimū Dn HEINRICUM CLIN.
GIUM SS. Theologiæ Licent. & P. P. des. cui AN. cl^o
I^oc XLVIII. d. XXVII. Junij rite & castè nupsit. A beo
tempore quām crebri inter novos conjuges comple-
xus, quām s^vaves s^vaviationes, quām compressiones ar-
cta, quām tenerorum labellorum molles morsiunculæ,
quanta animorum inter ipsos & voluntatum conjun-
ctio fuerit, non potest quenquam apud nos clam esse.
Et cur Maritus irasceretur illi, quæ ipsum ut Dominum
suum Saræ instar colebat, ut caput suum venerabatur,
ut maritum amabat. Nec verò ELISABETA quic-
quam causæ habebat cur succenseret marito tam docto,
& apud summos, medios, infimos gratiose, qui que
Conjugem suam tanquam vas fragile pro suâ pruden-
tiâ leniter tractare, & dissimulando, si qua inciderent
adversa, leviora reddere & missitare noverat. O con-
jugium felix! ô fortunatum! Utinam vero diutius du-
rasset! Expertus est excellentissimus Dn. CLINGIUS,
ô dolor, verum esse, quod Ascræus olim poëta scripsit:
ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca est.
Quemadmodum enim Ipsi Kalendæ Februarii in hoc
anno l^atissimæ illuxerunt, dum in lucem edebatur fi-
liolus, cui nomen GEORGIO BERNHARDO: ita
eundem ejusdem mensis dies XVI, ad verso & tristissimo
casu involvit, dum Marita laboribus partus fracta & vi-
dolo-

dolorum vi&ta paullò post hac luce privatur. Nam cum
felici partu filiolum edidisset (sunt verba Dn. Medici)
nec in principio graviora puerperii accidentia pati ulla
videretur, postea tamē adeò ea accumulata sunt, ut o-
mīem Medicorum industriam malo superante pauco-
rum dierum spatio viribus ægra deficeret, & diem-
suum quam placidissimè obiret, reliquo, ut diximus, fi-
liolo egregio, in quo jam mæstissimus parens tanquam
in unico cimelio & deposito à carissima uxore sibi re-
līcto conquiescit, utinam diutissimè. Cum instantem
decretorium illum diem, qui quicquid nostri mortale
est semel aufert, jam præsentiret, vocari ad se petiit re-
verendum & clarissimum virum Dn. M. JOANNEM
CORFINIUM ad ædem B. Virginis Pastorem, ut &
Phys. ac Metaph. Prof. P. Collegam nostrum honoran-
dum, cui cum peccata sua, devotâ confessione, confessa
esset, eorumq; plenariam remissionem impetrasset, sa-
cro se convivio corporis & sanguinis CHRISTI pasci ac
refici curavit. Hoc viatico instructa fiduciæ plena, ple-
na consolationis & spei Christianæ in portum invecta
est, ubi fruitur vitâ & lætitia linguam & mentem hu-
manam superante, quam post Prophetam, Ethnicus et
jam vates non exprimendo, exprimere voluit, cum
scriberet.

Non hæc humanis oculis objecta fuerint.

Non aures capiunt, minor est angustia memis.

Quæ licet ita se habeant, tamen haud dubium est, quin
superstes Maritus hoc Cajæ suæ, quæ per ætatem diu et-
jam

jam superesse potuisset, decessu in tristitiam & luctum,
haud levem coniectus sit, quem amor quidem conjugalis imperat, modum tamen Christiana nostra professio imponere debet; quæ voluntatem DEI nobis exponit, ad quam nostra formari debet; quæ providentiam ejus nobis commendat, per quam nihil omnino fieri potest ac debet, quod non fiat justo tempore, justo ordine, justo modo: quæ nostram nobis conditionem in animum revocat, quâ sit ut vita nemini detur mancipio, omnibus usu. Quæ & alia si recte considerentur, & verâ fide accipientur, nihil est quod immodecum tristitiam & luctum, si non totum tollere, saltem ex parte minuere atq; mollire per temporis diuturnitatē queat.

Nos vero, CIVES ACADEMICI, nostro quoq; officio satis facere par est, & propter defunctam, & propter nosmetipso. Quis scit an & nostræ hodiernæ crastina summæ DEUS adjiciat? Faciamus igitur alteri, quod nobis fieri optemus, quod caritati Christianæ convenit; quod communis etiam humanitatis officia sagitant. Eamus frequentes exequias, & inter eundum mortalitatis memores **ÆTERNITATEM COGITEMUS!** P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus d. XXVIII, Febr. Anno Christi cl^o Ic L.

*Conventus fiet in templo B. Virginis sacro
horâ primâ pomeridianâ.*

of(0)50



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745848044/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745848044/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745848044/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745848044/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745848044/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745848044/phys_0015)

DFG




dam non tam diuisis quam factis, nec tam
exemplis informatam & eductam ad
enim Nostra fratres germanos duos
CONRADUM, & sorores sex: ILSE
AM, ANNAM, DOROTHEAM, LU
AM, E quorum numero quatuor, ut po
THEA, LUCIA & CONRADUS part
partim in infantia fato cesserunt. GE
postquam studio Juris & Prudentiae p
cubens, Belgum, Angliam, Galliam, & C
riore maximo cum fructu visisset, domum
& voluntati divinæ atq; Parentum o
LUCIA à Vechelst ex nobili VEC
familia orta conjugium iniit. EME
Dn. GVNTHERO Hantelmann Pat
& totius rei molaris ibidem Praefect
Altera ANNA elocata est Dn. JOA
berg Patrio & Senatorii ordinis viro:
tertiam in matrimonium duxit L
NUS CONERDING Medic. D. usus
patrii generis &

qui mores hominum multorum v

Sed ad nostram pie Defunctar
tamur. Cum igitur in parentum
tanquam in speculū: ex illis sumebat
virtutibus mox a teneris, maxime pie
mater, ex precepto Christi, sedulam o
bus & Dei favorem, & hominum am

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TZ263 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

<p